



DEO DUCE
DISPUTATIO JURIDICA
NONA & *ultima.*

IN
TITULOS LIBRI Quadragesimi
Quinti 46. 47. 48. 49 50.

DIGESTORUM
CUM COLLATIONE
JURIS SVECANI.

PRÆSIDE
VIRO Nobilissimo & Amplissimo,
MICHAELE GYLLÉN Stålpe
WEXIONIO, J.U.D. ac Juris, Pol: & Hist:
in Acad. CHRISTINÆ Prof: celeberrimo,
Meccenate ætatem honorando.

Auth. & Resp.
JACOBO P. CHRONANDRO W.G.
Publicè Proposita ad diem 29. Apr. An. 1651.

A B O Æ,
Imprimebat PETRUS Wald/ Acad. Typ. A. 1651.



V I R I S,

*Nobilitate, Amplitudine, singulari Virtute,
Humanitate ac Prudentiâ Politissimis,*

Nob. Dn. ISRAELI Lager

Feldt de Wigbyholm/iz, Regij Dica-
steri in Magno Ducatu Finlandiâ Vice-
Præsidi Coniunctissimo, Gravissimo.

Nob. Dn. Augustino L

Swaneström/ de Seitelax & Des-
gerholm/ &c. Teloniorum Majorum per
Finlandiam & Ingriam Inspectori Gene-
rali circumspcctissimo.

Dn. Jacobo Andreae,

Maritimorum Ve&igalium Aboæ Præ-
fecto & Exactissimo.

*Mecumati suspiciendo, Fautoribus & benefactoribus
meis, omni honore colendus, Hanc Dispu-
tationem Jurid. officiosè inscribo*

J. Chronander.

TRANSITIO.

Interdicta, actiones & ceteras
obligationes, (de quibus in pro-
xima præced. disp. actum) sequi-
tur verborum obligatio sive stipula-
tio, quæ ceterarum obligationum,
à quibus pendet, firmandarum gra-
tia est inventa.

In hac Parte
te 7^{ma} ex-
plicatur
causæ quæ
dam civiles,
delicta ordi-
naria &
extraordina-
ria popula-
ria, Escalia,
militaria,
municipali-
tatis.

Dig: Pars 7^{ma}.

Thesis Prima.

LIB. 45.

Verborum obligatio sive sti-
pulatio est conventio solenni-
bus verbis ex interrogatione & re-
sponione confecta, ubi respon-
dens interroganti obligatur, ad id
præstandum, quod promittit.

Tit. 1.
De Verborum obligac-
tionibus.

2. Stipulatio dicitur à stipulo,
quod penes veteres firmum nota-
bat, quod sit firmissimus contractus:

Sic apud nos *Mans. Dicitur* / *Mans. dicitur*
 ta. Dicitur verborum obligatio,
 quia magis verbis, unde omnem
 vim mutuatur, quam ita æquitate:
 quia jure civili introducta, conven-
 tionis nitatur. Stipulari, inquit
 Calv. uterq; & interrogans & respō-
 dens dicitur. Sed nunc usitatum est
 illum dicere stipulari, qui interrogat
 sibiq; vult promitti, nam stipulari est
 postulare sibi aliquid promitti, hinc
 stipulari aliquid dari aut fieri, & il-
 lum promittere qui interrogatus
 pollicetur.

3. Stipulatio i. est *Prætoria*, authō-
 re solo prætore ejusq; jussu confecta,
 ut stipulatio damni infecti. 2. *Judis*
etialis, quæ à judicis interlocutione
 pendet, ut doli. 3. *Conventionalis*, ex
 conventionem contrahentium. 4.
Dividua pro ratione rerum in stipu-
 lationem deductarum (quorum alia
 dividi i. e. pro parte peti alia non possunt)
 quæ recipit partium præstationem,
 i. e. res promissa potest per partes pe-
 ti &

Hinc stipu-
 lator, qui
 interrogat
 i. e. creditor
 promissor
 vero qui ob-
 ligatur i. est
 debitor.

Utilitas &
 necessitas sti-
 pulationis

ei & solvi, ut 20. taleri. *s. Individua*, est, ne hos
quæ nō admittit divisionem aut par-
tium præstationem, quia res pro-
missa partes non recipit, ut servitu-
tes, iter, actus, via. &c. *6. Pura, in diem*
vel *Conditionalis*. *7. Aquiliana*, ab Aque-
lio, per quam prior obligatio re vel
literis contracta novatur & transfer-
tur in stipulationem, adeo ut res nō
amplius ex causa contractus prioris,
sed stipulatione debeatur. E. g.
Promittis mihi ex causa stipulatio-
nis 40. istos tal. quos mihi ex mutuo
debes? Si alter responderit, polli-
ceor, est Aquiliana stipulatio, quæ
tollit potest per acceptilationem.

4. Stipulatio interdum redditur
inutilis idq; variè (z respectu *Persona-
rum*, nempe stipulantium aut pro-
mittentium, *rerum*, ut si quis alterius
res promiserit, *Conditionis* (z impos-
sibilis, temporis, turpitudinis' &c.

5. Generaliter novimus, turpes stipulatio-
nes nullius esse momenti. L. 26. Puberes sine
curatoribus suis possunt ex stipulatu obligari. l. 10.

6. Possunt etiam plures esse sti-
Tit. 2.

est, ne hos
mines in
causa sele-
adstringant,
sed per in-
terrogatio-
nem secum
deliberent,
num pro-
mittendum
nec ne.

Stipulatio
legitima 2.
plicem pro-
ducit actio-
nem, nempe
condictio-
nem certi
& actionem
ex stipulati-
one.

Not. leges

De duobus
Reis consti-
tuendis.

Not. Stipula-
tor etiam
hic reus di-
citur Reus
quia a re ita
dicitur, itaq;
cuius res a-
gitur Reus
dici potest.

Not. Lex

Tit. 3.
De Stipula-
tione servo-
rum.

L. B. 46.

Tit. 1.
De fideiuffo-
ribus &
mandatori-
bus. Cod. 8

41.

pulatores & promissores unde dicuntur *Duo Rei*, imò plures stipulandi qui stipulantur & quibus singulis ex eadem stipulatione eadem res debetur, & *Duo Rei* promittendi, qui eisdem debiti se Reos promittunt. *Not.* si unus Correo solvat, liberantur ceteri. arg: C. 29. *Fingitur B.* in f. vel si uni stipulatorum solvatur, tollitur obligatio omnium.

7. Requiritur. 1. Eadem res. 2. Eadem causa obligationis. 3. Obligatio in solidum à singulis, ut duo debendi Correi in mutuo. 17. *Nadst.*

8. Qui stipulatus, reus stipulandi dicitur, qui promittit reus promittendi habetur. L. 1.

9. Servis etiam jus stipulandi competit, non tamen ex propria persona, sed dominorum, quibus acquirunt. Fingitur enim dominus per eos, tanquam instrumentum, stipulari.

10. Fideiussio est obligatio accessoria, quâ quis pro principali debitore idoneè cavet. 12, 13, El. 8. *St. 1.* *Röp. b.* 19, 20, 23, 28. *Nadst: B.* 15, 2, 5.

s. *Kong.*

9. *Rong: B. St. 1.* Cui ferè simile est
constitutum, quod est cōventio, quâ
quis spondet se soluturum, quod ipse
vel alius debet.

11. Fidejussor (*dicitur etiam consti-
tutor*) in J. R. qui alterius obligatio-
nem per stipulationem, sine qua nō
obligatur, suâ fide suscipit, manente
tamen principali obligato, cui simi-
lis *Mandator*, cujus mandato contra-
hitur, vel qui mandat alicui credi, vel
cum aliquo contrahi. Qui in J. R.
etiam pro principali se obligat. *Dis-*
ferunt tamen quod Ille præcedit &
sequitur, Hic tantum principalem
obligationem præcedit. Ille ex sti-
pulatione, Hic ex mandato tenetur.
Sponsor propriè dicitur, qui sponte,
non rogatus, pro alio intercedit.

Debitor se
de iussore da
to non care
cere, arresto
&c. gravan-
dus. 19. 28.
Kädf. B.

12. Fidejussio omni obligationi
adhiberi potest, 20. §. 1. Kädf: B. eti-
am ex maleficio descendenti, nisi
crimen sit capitale. 35. Kädf: B.
Quanquam & h. t. praxis hic inter-
dum fidejussionem admittit.

Ita boes
gan sätia/
vthan thet
går i Luff

13. **Quaeritur** Quamquam fidejussor in solida teneatur, habet tamen potissimum in J. R. quaedam beneficia. 1. *Beneficium ordinis sive excussionis*. h. e. ut principalis debitor, si praesto & solvendo sit, prius conveniatur & excutiatur. 2. *Divisionis*, si plures sint. 3. *Cedendarum actionum*, vid: disp. 1. th: 92.

14. Fideiussor accipi potest quotiens est aliqua obligatio naturalis vel Civilis, cui applicetur. L. 16. p. 4. Fideiussor, antequam reus debeat, conveniri non potest. L. 57.

15. **Obligatio tollitur**. 1. *Novatione*, quae est prioris obligationis in aliam obligationem translatio, quam prior obligatio perimitur, & nova constituitur. E. g. Si stipulatio fit de eo, quod debetur ex causa empti, tunc amplius id non ex empto, sed stipulatione debetur. Novationem in J. N. facere videtur fidejussor. 8. Et. 12. H. Köpff: B.

16. **Delegatio** est mutatio creditoris (imò & debitoris) ut cum quis suam debitorem suo creditori assignat

In J. N.
Bergar
Hann für
annan ta
gilde chen
Hann vth
&c. 12.
Hann B
21.

Not. leges

Tit. 2.
De novationibus & delegationibus.
C. 8. 42.

gnat. Delegare hic enim est alium debitorē loco suo substituere, unde delegatus, cujus consensus etiam requiritur, tenetur solvere loco delegantis.

Vel delegare est vice sua alium reum creditori dare.

17. Nec creditoris creditori quisquam in virtus delegari potest. l. 8. Cod. h. t.

Not. Lex

18. 2. *Solutione verā*, quæ est præstatio ejus, quod debetur, ritè facta.

Tit. 3.

14. El. Köpm; B. 14. Nädst; b. 20. §. 1. B. B. St. l.

De Solutionibus & liberationibus C. 8. 43.

19. 3. *Confusione* sive successione, cum debitor sit creditoris heres, aut vice versa. 4. *Compensatione* de qua actum Disp. 4. th; 14. 5. *Oblatione* rei debitæ, creditore nolente accipere, depositione & obsignatione. 6. *Interitu speciei debitæ*, si modo debitor dolo & culpâ careat, ejusq; mora non sit in causa. 7. *Utriusq; consensu* re adhuc integrâ, i. e. dum obligatio à neutro est impleta. 8. *Transactione*. p. 23. proc. jud.

20. Solvère pro ignorante & invito cuiq; licet, cum iure civili constitutum, licere etiam ignorantis invitoq; meliorem conditionem facere. l. 53. Id quod pœnz nomine à debitore exactum

Notabili-
ora lega-

est,

20. *lucro debet eadem creditoris. l. 74. Solutio-
onem asseveranti probationis onus incumbit, l.
ula, Cod, hic 11. Kong: D. St. L. 33. 22.*

Tit. 4.
**De Accepti-
lationibus.**
C. 8. 44.
Vel est liber-
ratio per
mutuam in-
terrogatio-
nem, ab ob-
ligationis
nexu, vel
verborum
conceptio,
quâ creditur
debitori ac-
ceptum fieri

21. *8. Acceptilatione, quæ est sol-
utio civilis sive imaginaria vel ficta,
cum per interrogationem & respõ-
sionem, illud quod promissum accep-
tum fertur ac si verè solutum esset.
Nomen habet ab acceptum ferre,
quasi debitor dicat creditori, ferre
acceptum, quod tibi promisi? & re-
spondet, fero, quamvis nihil recepit,
videtur coincidere cum donatione.*

22. *Est vulgaris, quâ tantum ver-
borum obligatio verbis tollitur, &
Aquiliana, quæ ad omnes omnium
generum obligationes extinguen-
das datur. Nempe cum quod ex
alia causa debetur prius transfundis-
tur in obligationem verborum, quæ
obligatio deinde mutuis verbis sol-
vitur.*

23. *Solutionis exemplo acceptilatio solet
liberare, l. 5. Inter acceptilationem & apocham
hoc interest: Quod acceptilatione, omni modo
liberatio contingit, licet pecunia soluta non sit:
Apocha non aliis, quam si pecunia soluta sit. l. 19.*

Not. leges

24. *Quod*

24. Quid sint stipulationes prætorie superius, th: 3. dictum est. Quarum alia: *judiciales* (non à judice sed *judicio, dictæ*) quæ judicij servandi causa interponuntur, ut ratum & non inane sit, ut judicatum solvi. 2. Aliæ *Cautionales* tantum, quibus res de qua agitur cautior ac securior constituitur, & novam actionem producant. Ut tutela, damni infecti. 3. *Communes* sive à prioribus mixtæ, quæ fiunt judicij sistendi causa.

25. Generaliter in omnibus prætorii stipulationibus & procurationibus satisfidatur. l. 3.

26. Tres hic ordine numerantur prætorie stipulationes. 1. *ma hoc* in tit. quâ consulitur pupillis & minoribus per satisfidationem, ut eorum bona maneant salva. 15. *Giff. B.*

27. 2. Qui alieno nomine cogitur satisfidare à Reo solvi judicatum, Quæ stipulatio tria continet. 1. *Rem judicatam*, i. e. solutum iri, quantum iudex deberi judicaverit. 2. *De re defendenda*, i. e. ut boni viri arbitratus reus,

Tit. 5.
De Prætorii stipulationibus.

Not. Lex

Tit. 6.

Rem pupilli vel adolescentis fore salvam.

Tit. 7.
Judicatum solvi.

reus defendatur & agatur. 3. *Dolum malum*, ut is semper absit.

Tit. 8.

Ratam rem
haberi & de
rati habitio
ne.

28. Tenentur hic procuratores cum de mandato vel curatione dubitetur, invicem satisfactionem præstare dominum litis ratum habiturum quidquid inter eos gestum fuerit, & agitur ad id quod interest adversus procuratorem vel fidejuss: cum dominus gestum improbaverit.

Not, Lex

29. Rem haberi ratam, hoc est comprobare agnoscereq; quod actum est a falso procuratore. L. 12, p. 1.

LIB. 47.

30. Sequuntur criminalia judicia. Delicta sunt *Publica*, de quibus infra, vel *Privata*, in quibus privatorum utilitas directe & dolose læditur, & ad eorum poenam tantum

Tit. 1.

De Privatæ
delictis.

(vid: c. 29. Kong: B. El. Ingen göre sigt &c.) læsus agit, cui etiam ut plurimum pars poenæ pecuniariæ cedit, ubiq; in J. N.

31. Species præcipue 4. *Furtum*, *Rapina*, *Dammum*, *injuriâ datum*, & *injuria*. De quibus ordine agendum.

Not, leges

32. Noxæ caput sequitur. h. l. C. 23. Drap. medh

Mediſyllia LL. in f. Nunquam plura delicta
concurrentia faciunt ut ullius impunitas detur,
neq; enim delictum ob aliud delictum minus po-
nam. L. 2.

33. Furtum est contrectatio frau-
dulosa rei, usus vel possessionis ejus
lucrificandi gratia & furandi ani-
mo facta. Ubiq; in Iuſſ B. fur
enim vel ipsam rem lucrari desidea-
rat, vel *Possessionem*, utpote cum debi-
tor creditori pignus aufert, vel *usum*
ut re alienâ invito domino utens.
53. B. B. l. 18. Iuſſ B. St. l. potest
& furtum in re propriâ committi.
vid: 10. §. 7. B. B. l.

Tit. 2.
De Furtis.
Cod: lib: 6,
tit, 2.

34. Est *Manifestum*, quando fur in
ipſo actu furandi deprehenditur, vel
antequam rem furtivam ad destina-
tum locum pertulerit. 6, 23, 24, LL. 6,
St. l. Iuſſ b. Vel *Non manifestum*,
quod quamvis furtum dum perpe-
tratur, fur non deprehendatur, tamē
factum fuisse probatur., 5, 7, 9, 13,
Iuſſ B. LL.

Furem itaq;
manifestum
facit locus
furti & ap-
prehensio.

35. Non tantum ipse fur tenetur
furti, sed etiam qui svadet, approbat,
&

& eelat & fruitur. 3, 4, l. 2, St. 1.
Tiuff B.

Furti non
manifesti
poena in J,
R, est 2pli,
quid J, N,
vid: e, 5, 9,
l. Tiuff B.

36. In J. R. poena furti manifesti
ordinaria est quadrupli: §, 5, inst:
hic valdè rigidum est jus N. 3. Tiuff B
St. 1. Mandans furem pro marca
(*qua quondam quidem longè majoris
quàm nunc valoris erat*) suspendi, quod
tamen hodiè in praxi non ita serva-
tur, sed fur, nisi valde grave fuerit
furtum sæpiùsq; redierit, nunc poe-
nâ pecuniariâ mulctatur, nunc ad op-
era publicâ damnatur, nunc ad no-
vam Sueciam detruditur.

Notabili-
ores leges

37. Qui furti faciendi causa conclave in-
travit, nondum fur est, quamvis furandi causa in-
travit. Quid ergò? Iniuriarum actione aut de-
vi tenebitur. l, 31, p, 7. Qui iumenta sibi com-
modata longius duxerit, alienave re, invito domino
usus sit, furtum facit. l, 40. vid: 53, B. B. & ult.
Tiuff B. l. 1. Maleficia voluntas & propositum
delinquentis distingvit. l, 53. Non poterit Præses
provinciae efficere, ut furti damnatum non sequat-
ur infamia. l, 63.

Tit. 3.
De Tigno
fureto.

18. In specie hic agitur de tigno, furto
ablato, & alienis ædibus juncto, quo
intelligenda omnis ædificij & vineæ
necessaria materia venit, Not: ligno
ædibus

adibus juncto non agitur ad vindicationem, sed ad duplum. Separatim autem vindicatur. De tignorum ablatione agit, 20. *Quiff. B. St. l.*

39. Dat hic Prætor hæredibus civilem actionem utilem, (*quia domino adversus servum civilis actio non competebat*) in duplum adversus eum qui in testamento liber (*itaq; non potuit ut servus coerceri*) jussus i. e. servus & ante aditam hereditatem domini sui, quid surripiunt.

40. In omnibus, quæ interfuit hæredis non esse averfa, locum habet hæc actio. l. 1, p. 13.

41. Convenitur hic, qui naves, cauponas & stabula exercet, si quid eorum ministris in navi vel caupona alicui surreptum fuerit, vid: *Disp: 2. th: 53.*

42. Caupo præstat factum eorum, qui in caupona eius cauponæ exercendæ causa ibi sunt, viatorum autem factum non præstat, namq; viatorem sibi eligere caupo vel stabularius non videtur, nec repellere potest iter agentes. l. un: p. 6.

43. Si omnes servi furati sint, tunc succurritur innocenti domino ejusq; arbitrio relinquitur utrum velit tan-

Tit. 4.

Si quis testamento liber iussus erit, post mortem domini ante aditam hereditatem subripuisse, corripuisse, quid dicatur.

Not. Lex

Tit. 5.

Furti adversus naves cauponas stabularios.

Not. Lex

Tit. 6.

Si familia furtum fecisse dicitur

tantum pro omnibus solvere, quam
 tum solvendum, si unus eorum deli-
 quisset, (*alias communiter, quod persona
 delinquentium, tot nascuntur obligationes
 singulae, in solidum tenentur*) vel etiam
 omnes servos noxae dedere, h.e. No-
 xios servos actori tradere.

Tit. 7. 44. Actio arborum Caesarum da-
 tur in duplum, adversus eum qui
 Arberum Furtim Cae-
 sarum, clam, invito domino arbores succi-
 dit, deglabrat vel subsecat, quid J.N.
 vid: c. 18, 49, B. B. l. 26, l. 7, St. l.
 Ziuff B.

Tit. 8. 45. Agitur hic de rapina & damno
 Vi bone- injuria dato, illa est violenta, (*ut di-
 sum raptos- stingvatur a simplici furto*) ablatio rei,
 sum & de (*ad differentiam plagii*) mobilis (*immo-
 turba. bilis potius invasio est, 18, §, 1, 19, §, 1,
 Jordb. 28, R. B. l.*) dicitur alias im-
 2, Species probum furtum, cujus poena in J.N.
 privatorum delictorum, capitalis est. In J.R. olim intra an-
 ex vi & dos- num 4dupli, postea simpli. vid:
 lo xstima- 26, R. B. 18, Ziuff b. St. l. 38, cod: l.
 tur rapina. 40, 41, 42, l. 23, 24, 25, St. l. Edzorb.

9. Species 46 Damnum injuriã datum cum
 delict: pris- dolo
 vatorum,

dolo vel culpâ damnatum datum sic,
Huc refer Drap: B. med wada. Sarm.
Et passim etiam in B. B. de quo a-
ctum disp: 3. th: 37. cum seqq.

47. Agitur etiam hic de damno
in turba, i.e. multitudine hominum
dato, unde ille tenetur, qui damnatum
in turba dedit vel qui turbam exci-
tavit.

48. In hac actione intra annum utilem,
verum pretium rei quadruplatur, non etiam quod
interest. l. 2, p. 11. Non prodest ei, qui vi rapus-
it, ad evitandam poenam, si ante iudicium restitue-
at rem, quam rapuit, l. 5.

Not. leges

49. Si quis in tumultu incendij.
35, 36, B. B. l. Högm. II, l. Naufragij 37, l. 17, St. l. Ruffb. II, §. 1,
Sfipm. b. ruinae sive rate aut nave
expugnata, i. est, submersa spoliata.

Tit. 9.

*De Incendio,
ruina, nau-
fragio, rate,
nave, expus-
gnata.*

&c. quid surripuerit vel dolo da-
mnum dederit, datur hic actio intra
annum in quadruplum, postea in sim-
plum & quidem merito: *Non enim
ex aliena calamitate & re luctuosa, com-
pendium sectari debemus.*

50. Huius edicti iustissima severitas est, si

Not. Lex

B qui

quidem publice interest, nihil rari ex huiusmodi
causibus. L. 1, p. 1.

Tit: 10.
De Iniuriis
& famose
libellis. C.
§. 35.

51. Injuria, generaliter est omne
factum contra Jus, specialiter est de-
ictum in alterius contumeliam &
contemptum admissum. 12, 26, R.

B. St. l. 30, 31, Rådstr: b. 13, El. 12, 13,
St. l. Sårn: medh milia. etc.

52. Fit factis, cum manus inferan-
tur, ut pulsatione, vulneratione, & c.

4ta Species
privat. del.

6, 13, 17, 19, 37, 39, Edzörb El. 13, Sårn:
med milia El. 20, St. l. eod: Verbis, vi-

Iniuria vers
alis & reas
lis.

vá voce per convitia vel famosos li-
bellos Dqvådins ord. 31, Rådstr: b. 43,

§. 1, Ringm: b. 9, R. B. El. Gestu, ut mō-
stratione digiti, protensione lingvæ.

& c.

53. Eam aggravat Persona, 9, El. 8,
12, St. l. R. B. 8, El. 6, St. l. Hög: b.

Iniuria levis
aut atraxi.

18, Sårn: m. milia St. l. 22, §. 1, in fin;
B. B. St. l. 32, Rådstr: b. Locus. 3, 6, 13,
14, 16, §. 1, El. 12, 14, & c. St. l. Edzörb.

2, Skipm: b. 21, Kyref: b. Tempus, C.
1, §. 1, Sårn. medh milia St. l. 22, §. 2,

B. B. St. l. 23, §. 2, eod: El. Huc Jus
lafred/ Marknaffredh. Instrumentum.

C. 1.

C. 1, Dräpm: b. m. wil. El. Aliæq; cir-
cumstantiæ. Ut in J. N. 31. Rådst: b.
Si istud vocabulum *Convictus*, för
wånen Ziufwer/ Siugare/ &c. Addatur
convitio.

54. Injuriæ poena varia pro gravi-
tate delicti. Capitalis 9, El. Rong: b.
Talis, 39, El. 16, St. l. Edzörb. 3, Sårn:
m; willa St. l. Lijn för Lijn *Palinodia*,
31, Rådst: b. Slå sig för Munnen/ och
sågi stelfwer at han tögh. Fustigatio,
flagellatio. Cit: Capp, arbitraria.

55. Famosus libellus est charta in
vulgus projecta, continens contra
quempiam criminationes & convi-
tia. vulgo *Postquiller*. Cujus poena
olim capitalis, nunc arbitraria. Nec
in totum author excusandus, quam-
vis vera iste libellus contineat.

56. Omne quod non iure fit, iniuria fieri
dicitur. l. 1. Quod si viro iniuria facta sit, uxor
non agit, quia defendi uxores a viris, non viros ab
uxore æquum est. l. 2. Qui doli capax non est
iniuriam facere non dicitur, nam iniuria ex affectu
facientis consistit, l. 4. Iniuriarum actio neq;
heredi neq; in heredem datur. l. 13.

Not. lege

57. Extraordinaria crimina sunt. Tit. n.
qui-

De Extraor quibus certæ poenæ à ll. non consti-
dinaris cri- tutæ sed ex arbitrio iudicis poenâ ex-
minibus, traordinariâ puniuntur. Quæ varia
sunt, quorumq̃ quædam hic recen-
sentur, & cum alijs actionibus sæpè
concurrunt.

Tit. 12. 58. Extraordinariè hic punitur
De Sepulc violatio sepulchri, sz dum reliquiæ
chro viola- extrahuntur vel sepulchrum aliquo
to, modo violatur.

Not. Lex 59. Sepulchri violatio infamiam irros-
gat. L. 1.

Tit. 13. 60. Coercetur hic concussionis
De Concus- crimen, quod committitur, quoties
sione. aliquid pecuniarum terrore iudicis,
magistratus, potestatis, quàm quis
habet, illicitè, ab inferiore extorquetur.
Concuttere
est perturba
re iniecto
terrore.

Tit. 14. 61. Poena extraordinaria statuitur
De Abigeis. in abigeos, *Sar Jusmat/* i. e. pecora
ex pascuis vel armentis auferentes,
hinc abigeatus i. e. furtum pecudum.
2. *Juss B. ll.* Cujus poena in J. N. unâ
cum perditione suorum mobilium,
capitalis. 4. in f. *Juss B. l. l.* si mo-
dum

dò in ipso facto deprehendatur; aliis
às non Cap. 5. cod.

62. Puniantur hic prævaricatores
id est, qui cum adversario, in judi-
cio colludunt, prævaricari est cum
adversario colludere, dum fingit
se accusare, cum potius adversarium
proditâ suâ causâ adjuvat.

Tit. 15.
De Prævaris
cationibus.

63. Coërcetur & crimen recepta-
tionis, unde qui receptant, occul-
tant, latrones, vel lucri causâ dimit-
tunt, eisq; opem ferunt, eadem pœ-
nâ, quâ latrones, affiendi. l. 1. Conf.
cap. 42. §. 1. Edjdr: B. II.

Tit. 16.
De Recepta-
toribus.

64. Extra ordinem hic animad-
vertitur in fures Balnearios, qui vesti-
menta eorum, qui lavandi causa in
balneis morantur, surripiunt, vid:
c. 3. Iuiffb. St. E. *Maximè punien-
da sunt ea peccata, qua difficillimè præca-
ventur.*

Tit. 17.
De Furibus
Balneariis.

65. Arbitraria etiam est pœna
Effraكتورum, i. e. qui vi, furandi vel ef-
fugiendi causâ, ostia, vel parietes
perfringunt, & *Expilatorum*, i. e. qui

Tit. 18.
De Effra-
ctoribus & ex-
pilatoribus.

homines, præcipuè vestimentis, spoliant. Dicti quod ne pilum relinquunt, vid: Cap: 23, Ed: or: B. Et. l.

Tit. 19. 66. Extraordinario iudicio vindicatur crimen expilatæ hæreditatis, quod committitur, cum hæreditas ante ejus aditionem expilatur.

Expilatæ hæreditatis, Cod: 9, 32.

Tit. 20. 67. Stellionatum (*à Stellione animalis versutissimo*) *Stijnanzert* Jcti vocant omnem fraudem atq; imposturam, quæ in aliud proprium nomen delicti non cadit. Ut dans pignori æs pro auro crimen stellionatis committit, vid: c. 2, El. 2, 14, §, 1, 32, §, 1, Rsp. 6. Et. l. Glard. Quod crimen hic causâ cognitâ punitur.

Stellionatus Cod: 9, 34.

Ubi titulus criminis deficit, ibi Stellionatum obicimus.

Tit. 21. 68. In illum qui terminos finium discriminandorum gratiâ aufert vel loco movet, datur extraordinarium iudicium. Quid J. N. vid: c. 27, §, 2, B. B. El.

De Termino moto.

Tit. 22. 69. Collegium sive corpus est societas quædam hominum, constans personis, ad minimum tribus. Prohibetur hic collegia sub poena extraordin:

De Collegiis & corporibus, Ex illicitis collegiis

ord: instituire, nisi publicè & speciè
aliter approbentur.

70. Actio popularis (à Pretore
constituta, undè à publicis judicijs differt
quæ à lege sunt) Jus populi tuetur &
cuilibet (modo nō specialiter prohibetur)
de populo agere hic conceditur. Ut
actio albi corrupti & plurima inter-
dicta. vid: 3. §. 1. 40. in fin: Vari-
then mál'sågbanden som ofårir. Ting: B.

71. Absolutis privatis judicijs,
sequuntur publica, quæ ex ll. publi-
corum judiciorum veniunt, vel ubi
de atroci crimine publico, quod o-
mnes tangit, quaritur, sic dicta, quod
eorum causæ publicæ sunt, quivis è
populo horum judiciorum reos ac-
cusare possit, quia tota Resp. pro cu-
jus conservatione introducta, est læ-
sa: Itaq; cuilibet de populo quo-
dammodo injuria facta. Bachovv. in
inst: & hanc addit rationem, quod
olim populus super istis criminibus
cognoscebat, undè à popularibus se-
parentur.

multum
mali in
Remp. mas
navic.

Tit. 23.
De Popula-
rius actio-
nibus.

L. 48.

Tit. 1.
De Publicis
Judiciis.

Hæc Judic-
ia sunt Ci-
vilia quia à
ll. proveni-
unt, & ordi-
naria quia
certam pot-
nam irro-
gant.

72. Sunt à qualitate pœnæ capitalia, quæ mortem naturalem vel civilem irrogant. Ut crimen læsæ maj: 8, 9, Hög: b. 21. Homicidium Dråpm: med wllia. 15, 16, Högm: B. 21. Coitus cum bestijs. 16, §, 4, Ryrcl: b. Vel non capitalia quæ non mortem, sed aliam pœnam gravem nempe pecuniariam, corporalem, item proscriptionem, infamiam inferunt, Ut crimen falsi.

*Notabiles
ores leges*

73. Infamiam non ex omni crimine sententia facit: Sed ex eo qui publici iudicii causam habuit. l. 7. Ad crimen iudicii publici persequendum frustra procurator intervenit. l. 13.

Tit. 2.
De Accusationibus & inscriptionibus. Cod: 9, 2.

74. Agitur hic quomodo judicia publica instituenda, nempe per accusationem, *quæ est maleficij & ejus auctoris apud judicem delatio, ad vindictam & pœnam publicam solenniter facta.* 13. Rådft: B. Et passim in J. N. in Civilibus dicitur actionem instituere, in criminalibus accusare. Quis competens iudex, qui accusare & accusari possunt & de libello, passim prius actum est.

75. Inscriptio hinc est libellus accusatorius super crimine aliquo, ubi dum accusator non probaverit, ad talionem tenetur, nam inscribere est obligare se, si non probaverit, ad eam poenam, quam reus debet pati J. N. vid: pro argumento cap, 20, §. 1. Tingin:b. 38. Edzör b. 44.

76. Senatus sensuit ne quis ob idem crimen pluribus legibus reus fieret. l. 14.

77. Accusatione facta exhibendus est reus & in carcere, nisi fides iustioribus liberetur, custodiendus. arg: c. 18. 19. Rådji. B. 8. Kong:b. St. 4. 15. Högin:b. 41. Si verò carceratus dolo custodum effugerit, tunc eandem poenam, quam reus, afficiendi custodes, c. 5. Ziuff b. St. 1.

78. Sequuntur variae species publicorum iudiciorum. Prima est lex Julia Majestatis, quam punitur crimen læsæ majestatis humanæ, quod est publicum crimen, quo contra majestatem vel Reip. securitatem, subditus pernitiosè quid maligno proposito machina-

Not. Lex

Tit. 3.
De custodia & exhibitio-
ne reorum
C. 914.

Tit. 4.
Ad Legem
Juliam Maj-
estatis, dicta
à Julio Cæ-
sare. Com-
mittitur aut
cum quis de
recte hostili
animo prin-
cipem aut
Remp. ado-
ratur. Vel
etiam si quis

ea violat, si-
biq; vendit
ea, quæ ma-
iestatis sunt.
Ut eudere
monetâ ves-
tigalia, im-
ponere. &c.

tur, vel jura Majestatis violat. 8. 9. *El.*
6.7. *St. l. Högm: B.* Cujus poena ca-
pitalis cum bonorum confiscatione.
Cit: Capp. à subditis propriè non ita
alijs committitur.

79. *Est Proprium*, cum directò ad-
versus principem vel Rempub. quis
molitur (*dicitur aliàs perduellio*) Vel
Improprium adversus Principis legat-
tos, vel Consiliarios. 9. *El.* 8. *St. l.*
Rong: B. Vel speciali privilegio à
Rege adversus turbatores munitos,
&c. 9. *St. l. Rong: b.* 36 *El.* eod: 6, in
fin: *Dräp m: med milia. El.*

Net, Lex

80. *Majestatis crimen est quod adversus*
populum Rom: vel eius securitatem committitur.
L. l.

Tit. 5.
Ad Legem
Juliam de
Adulteriis
coëreendis,
C. 19. 9.

81 *Adulterium est illicitus con-*
cubitus cum alterius uxore. Vel
(ut quidam volunt) sponsa, sive est vi-
olatio thori. 11, *El.* 10, *St. l. Giffib. 5.*
El. 3, St. l. Högm. b. 1, Ruff b. El. 15, S.
1, 16, Ryræ: b.

Adulterium
propriè cum
nupta, sus-
prum cum
vidua, vel

82. *Committitur cum utraq; vel*
alterutra persona est conjugata, cu-
jus poena olim ex hac Jul. erat rele-

gatio

gatio vel deportatio, sed per constitutiones postea facta est gladij.

83. Huc refer, *Lenocinium*, quod facit, qui quaestuaras mulieres prostituit. *Digamiam* 5, *ll. 3, St. l. Högm: b. Incestum Kätters/* quæ est coitus ratione sanguinis & affinitatis illicitus. 15, *Kyrck: b. 20, ll. 15, St. l. Criff: b. Raptum femina*, 12, *ll. 11, St. l. Edzör b. Sodomiam*, coitum cum bestijs, 16, *§. 4, Kyrck: b. Fidelagh. 14, Hög: b. ll.* quæ omnia in *J. N. Capitula*.

84. Est vis publica, quæ jus publicum violatur, committitur ab armatis (*armorum usus est publicus*) hominibus, cum quis vi in domo vel possessione sua inquietatur, ubi pax publica turbatur, ubiq; in *Edzör b. 26, ll. 13, St. l. Kong: b.* Hujus poena in *J. R.* olim regulariter deportatio. In *J.* verò *N. Ordin:* proscriptio & bonorum mobilium publicatio. 21, 24, *Edzör b. ll.*

85. Vis privata quæ fit, præcipuè *Tit. 7, sine*

virgine committitur, & est virginum illicita defloratio. *Je Giff: B.*

Lenocinari est blandiri, hinc leno, qui blandiendo adoleos scetulos ad se allicit.

Tit. 6. Ad Legem Jul. de vi publica. C. 9, 12.

Ad leg: Jul. de vi privata
85. sine armis citra publici juris violati-
onem, utpotè cum privatus privatū
Possessione sine armis ejicit, arg: 28,
R. B. ll. passim in Edjorb. St. l.
86. Cujus pœna olim in J. R. 3tia
partis bonorum publicatio, hodiè ut
plurimum arbitraria, ut etiam in J.
N. Pecuniaria cum refusione damni
28, R. B. 18, 19, Jord b. ll. 26, Edjorb.
St. l.

Tit. 8. 87. Hic punitur homicidium,
Ad Legem Corneliam, de sicariis & veneficis.
quod est violenta hominis vitæ a-
demptio. Fit 4, mod: *dolo, culpâ, casu,*
necessitate, unde volūtarium, casuale,
Necessarium, quorum pro gravitate
delicti diversa est pœna. Ubiq; in
Drâpm: b. & alibi. Not: mandator
cædis perinde ac homicida tenetur.
Ult. ll. 22, St. l. Edjorb.

De Incendio casuali agit
36, 36, 37,
B. B. ll. ll.
88. Lex etiam cornelia hic vene-
ficos veneno vel magiâ interficiens
tes. Conf. 6, 7, 15. ll. 4, 11, St. l. Hög: b.
Et incendiarios, qui dolo incendium
excitant. 11, ll. 9, St. l. Hög: b. mor-
te mulctat.

89. Qui hominem occidit punitur, non habita differentia cuius conditionis hominem interfecit. l. 1, p. 2. Lenienda poena eius, qui in rixa causa magis quam voluntate homicidium admisit, l. 1, p. 3. Furem nocturnum si quis occiderit, ita delictum impune fieret, si parcere ei sine periculo suo non potuit. l. 9. Nihil interest occidat quis, an causam mortis præbeat. l. 15.

Notabiliores leges

90. Lex Pompeja (à Cneo Pomp.) parricidas (in specie qui parentes vel liberos, in genere qui etiam maritum, uxorem consanguineos affines, patronos necant) morte punit. 2. Högm: B.

Tit. 9.
Ad Legem Pompeiam de parricidis.

91. Falsum est fraudulenta veritatis imitatio, & crimen falsi, committunt, qui animo corrumpendæ veritatis in alterius fraudem dolo malo aliquid faciunt.

Tit. 10.
Ad L. Corneliam de falsis & de S. C. Liboniano 9, 22, Cod.

92. Variè contingit Consensu, ut in contractibus, 2, 3, l. 2, 14, §, 2, St. I. Köpm: b. Verbu, ut falso accusando 20, §, 1. Falsum testimonium perhibendo 21, §, 1. Tingu: b. & c. Scriptis Ut falsa scribendo, componendo & c. Abusu, utpote in falsis mensuris, 27, 28, 29, Köp: b. St. I. Ponderibus, 16, 17.

Nemo de falso tenetur nisi dolo malo id admisit. l. 20, Cod. h. c.

Kong.

Vide Consultiff: Loccen. in Syn. Juris p. m. 519.

Rong: b. St. l. Signis, 43. B. B. U. monetis. Decret. Norc. p. 3. &c. U. tendo. *Silentio*. Verum reticendo, vel quod manifestandum, occultando. &c.

Tit. 11. De lege Julia repetundarum. C. 9. 27.

63. Repetundarum vel de repetundis accusatur, qui in administratione magistratus, curatione, legatione, pecunias accepit, unde accipere non debuit, qui hic punitur. C.

In 2pl. hinc actio civilis & criminalis.

3, Tingen: b. 5. R. B. St. l. Ex J. R. olim pœna erat 4dropli. Duplum spoliato & dupl: fisco cedebat. Cum infamia & depositione officij. Quid J. N. vid: cit: cap.

Not. Lex

94. Hac lege damnatus testimonium publice prohibere, judex esse & postulare, prohibetur. l. 6, in pr.

Tit. 12. Ad Legem Juliam de annonæ.

95. Crimen annonæ committit, qui id agit ut annona pluris constet & caritas annonæ fiat. Cujus pœna hodiè arbitraria.

Tit. 13. Ad Legem Juliam peculatus & Es sacrilegis

96. Hac lege prohibetur & punitur, peculatus furtum pecuniæ publicæ sive ærarij: vid: decret. Norc. inde peculator. arg: c. 30. R. B. U.

sacris

Sacrilegium, furtum rei sacræ 24. & de residuis, 9. 28. cod.

Tiuffb. l. 6, Ryrcl: b.

97. De residuis tenentur qui pecuniam publicis usibus destinata in suos consumunt. Crimen residuorum.

98. Crimine ambitus tenebantur, qui illicito modo, datâ pecunia & emptis suffragijs, honores publicos, & magistratum ambierunt, cuius poena olim in J. R. infamia & multa 100. aureorum, & amissio officij per ambitum acquisiti. Tit. 14. De L. Julia ambitus:

Ambitus est suffragiorum datâ pecuniâ corruptio.

99. Plagium committitur, cum quis homines invitos celat, vinctos tenet, vel sciens emit, hinc plagiarij qui homines furantur, quod crimen capitale. vid: 1, Tiuff b. l. 12, §, 2, Edjör b. l.

100. Sequuntur impedimenta iudiciorum publicorum, quæ progressui obstant, à parte accusatoris sunt tria *Calumnia*, calumniator est qui sciens & dolo malo falsa crimina intendit. arg: c, 20, §, 1, Tingm: b. proc. Jud: p. 16, *Prævaricatio*, vid: supra th: Tit. 16. Ad S. Consultum Turpillianum & de abolitionibus criminum. c. 9, 42, 43. &c.

46. *Tergiversatio* Tergiversator est qui ab accusatione in universum desistit. C. 18. Sing: b. 9. Rådst: b.

Sive quare us numero reorum existitur & aboletur accusationis memoria.

101. *Abolitio* est criminis remissio, est 3pl: *Publica*, Publicè ex senatus. *Privata*, privatim inter partes. arg: 24. Edjörb. II. *Legitima* quæ legitur, utpote mortuo accusatore.

Nat. Lex

102. Accusatorum temeritas tribus modis detegitur & tribus modis subiicitur, aut enim calumniantur, aut prævaricantur, aut tergiversantur, calumniari est falsa crimina intendere, prævaricari crimina abscondere, tergiversari in universum ab accusatione desistere. L. 1, in pr.

Tit. 17.

De Requirendis & absentibus damnandis. c.

§. 40.

103. A parte Rei sunt duo 1. *Absentia*. Rei enim in criminibus requirendi & sui præsentiam facient, priusquam, nisi contumaciter absint, damnantur. proc. Jud: p. 20, arg: c. 12. Singm: B. 2. *Inficiatio*.

Tit. 18.

De Quæstionibus. 9. §. 1. Cod.

104. Cum reus inficiatur, testibus opus est, quorum copia in clausis destinis criminibus haberi nequit, itaq; ad eruendam veritatem, institutæ sunt quæstiones, quæ hic sunt tormenta reo adhibita, veritatis eruendæ gratiâ. 20. Edj. II. 21. St. I. cod: Bindz och pijnas. 105. Sed

105. Sed non semper temerè adhibendæ, In effter then bekännelse, som een warder pijn och plågat til skal ingen dömmas &c. Dom. Regl. Ut instituantur, requiritur itaq; 1. *Atrax crimen*. 2. *Deficientia omnium aliarum probationum*. 3. *Ut multa concurrant indicia aduersus reum*, inter alia antea cta vita. arg: cap: ult. §. 1. Särn. medh wilia St.l. Tholtiska gärning förra giorde.

106. *Crimine quoq; modo detestato, sequitur horum iudiciorum effectus, nempe pœna, quæ est criminis æstimatio atq; coërcitio.* l. 41. in fin. hic.

107. *Alia Capitalis, strictè quâ uita naturalis sz amputatione, suspensio, exustione, in terram defossio, membrorum confractio, &c late quâ uita civilis. i, e, libertas vel ciuitas adimitur, utpotè exilio, proscriptio, vel non Capitalis: Membrorum detruncatio, fustigatio, flagellatio, infamia, Palinodia, narium,*

Domaren
bor ingen
plåga
than
han
hafuer
vpe
penbara
stäl
och
bewijs
&c.
Dom. R. J

Tit. 19.
De Pœnis.
cod: 9. 47.

In pœnis irrogandis 7.
attenduntur
circumstantiæ:
Causa,
Persona, locus,
tempus,
qualitas,
quantitas, &
uentus.

Pœna interdum mitis
gant, diuturnitas
tempo

ris, ignorantia sexus, ebrietas, aetas dolor, poenitentia, dignitas, vita anteacta, insignis artificium. aurium, lingua, abissio. Carceratio opera publica, dignitatis depositio, &c. Quorum omnium meminit Jus Nostrum. Item alia *Legalis*, In lege expressa. Alia *Arbitraria*, Judicium arbitrio commendata. Item alia *Realis* alia *Personale*.

*Notabiles
ores leges*

103. Absentem in criminibus damnari non debere Divus Traianus rescripsit. l. 5. Perispiciendum est iudicanti, ne quid aut durius aut remissius constituatur, quam causa deposcit, nec enim aut severitatis aut clementiae gloria affectanda est, perpenso iudicio prout quaeque res exposulat, statuendum est. l. 11. Delinquitur proposito, impetu (ut interdum inter larga pocula) aut casu. p. 2. Puniuntur aut dicta, aut facta, aut scripta, aut consilia. l. 16. Nonnunquam evenit ut aliorum malefactorum supplicia exacerbentur, quotiens nimium multis personis grassantibus exemplo opus. l. 16, p. 10. Cogitationis poenam nemo patitur. l. 18. Interpretatione legum poena mollienda sunt potius, quam asperanda. 42. Impunitas delicti propter aetatem non datur, si modo in ea quis sit, in quam crimen, quod intenditur, eadere potest. l. 7, cod. Poenam suam dicta sententia praesidi provinciae revocare non licet. l. 15. Sancimus ibi esse poenam, ubi & noxia est. Nec enim affinitas vel amicitia nefarium crimen admittunt. Peccata igitur suos teneant auctores, nec ulterius progrediatur metus, quam reperiat delictum. l. 22.

109. *Realis* poena, ut bonorum confiscatio, siue publicatio, quando bona damnatorum adjudicantur fisco publico. Quod fit in delictis atrocissimis, utpotè crimine læsæ Majestatis, &c. 8, 9, El. 6, 7, St. 1. Högm: B. 9, R. B. St. 1. vid: etiam Edjör b.

100. Qui post accusationem institutam metu poenæ & condemnationis (*non verò vitæ radio vel impatientia*) mortem sibi consciverunt, pro confessis habentur, & eorum bona publicantur, quid J. N. vid: 4. Högb. El. Nec non eorum bona qui corrupto accusatore decedunt, quoniam & hi convicti æstimantur.

111. Meritò si sine causa sibi manus intulit puniendus est, qui sibi non pepercit, nec aliis parceret. L, 3.

112. *Personalis* poena est interdictio, relegatio ad tempus vel in perpetuum, 125 §. 3, Kong: B. St. 1. 30, 31, Rådstr: b. Flyn Staden och komme aldrigh optare i Staden. &c. Deportatio 8, Erffv. 21, & passim in Edjör: B.

Tit. 20.
De Bonis damnatorum,
Cod: 9, 49.

Tit. 21.
De Bonis eorum qui ante sententiam vel mortem sibi consciverunt, vel accusatorem corruptum, c, 9, 50.

Not. Lex

Tit. 22.
De Interdictis & relegatis & deportatis.

Bannitus Biltoger öfwer alle Sverisks
Rikfe. Not. Deportati sive Banniti
bona publicantur. Hans löösa godz
skiptis i try. cit. cap. 21. Edzör b. u. non
ita relegati.

Not. Lex 113. Corpora animadversorum quibuslibet
petentibus ad sepulturam danda sunt. l. 3.

Tit. 23. 114. Passi sententiam ob crimina
interdum restituuntur ijsq; remittitur, sed non nisi a regiâ Majestate,
De Sententiâ passis & restitutis. c. quod etiam apud nos praxis obser-
9, 51. vat. arg: c. 41. §. 1. Zingm: b. Then

Dom skal stånda oc en återgånga. Doch
må Konungen åter bryta alla Sträck
sofnir/ Och offsofnir. Item c. 4,
Kong: b. in fin. Hafwe högste Dom
&c. Hwadh Han håller will. i. est Ut
Regi placet, non tamen in præjudi-
cium alterius. eod: §. 3.

Tit. 24. 115. Quorundam punitorum Cas
De Cadaveribus punitorum. davera absq; consensu summi magis-
tratus sepeliri non possunt. l. 1. quod
etiam apud nos in usu. Exigit etiã
J. N. Poenam a quorundam cadaveribus.
Then som sigh selff förgör/ skal
i Båla brännas. C. 4, Högm: B. U.

116. **Judicia civilia & criminalia** *LIB. 49.*
sequuntur appellationes, quæ Judi-
cij Communes, & aut judicis impe-
ritiam aut iniquitatem emendandi
causâ institutæ. l. 1.

Tit. 1.
De Appella-
tionibus &
relationibus.
c. 7, 62.

117. Appellatio est ab inferiore
judice ad superiorem gravamine fa-
cto provocatio. 37, 38, 39, *Tingm: b.*
3, *Rådft: b.*

118. In Judicijs nostris tres sunt
instantiæ. Ruri prima coram judi-
ce territoriali, à quo appellatio insti-
tuitur ad Provinciale judicium, *Lag-
mans Rätt.* Ab hoc ad regium. *Cit.*
cap: Tingm: B. In Urbibus. Prima
instantia in curiâ inferiori *Råmbnär
Rätt.* Secunda coram Magistratu
urbico, *Rådstufwu Rätten/* à quo ap-
pellatur ad Regium judicium, unde
non appellatio, sed beneficium re-
visionis ad Regiam Majestatem cõ-
ceditur. 41, *Ting: b. p. 35. process. Jud.*

119. Relatio fit cum judex de jure Relatio &
dubitans principem consulit, quo remissio c. 12
modo judicandum, quod etiam a se ad super-
riorem.

pud nos non infrequens? Est 2pl:
1. Vocatur *Consultatio*, quæ definita.
2da cum iudex suam opinionem de
hoc vel illo casu unà cum actis mit-
tit, sed principe inconsulto se non
posse sententiam ferre dicens?

*Notabili-
ores leges*

120. Appellandi usus frequens est & nec-
cessarius, quippè cum iniquitatem iudicantium vel
impericiam re corrigat, licet nonnunquam bene
latas sententias in peius reformet, neq; enim utiq;
melius pronuntiat, qui novissimus, sententiam la-
turus est, l, 1. Ab executore sententiæ appellare
non licet, sed ab eo qui sententiam male interpre-
tari dicitur, l, 4. Credo humanitatis ratione o-
mnem provocantem audiri debere, l, 6. Illud
sciendum est eum qui provocavit non debere con-
viciari ei, à quo appellat, ceterum oportebit eum
plecti, l, 7. Si qui separatim fuerint condemnati,
quamvis ex eadem causâ, pluribus eis Appellatio-
nibus opus est. l, 10. Si expressim sententia con-
tra iuris rigorem data fuerit, valere non debet. l, 19.

Tit. 2.

A quibus
Appellare
non licet.

121. In J. R. à Principe, Senatu,
& iudicibus, quos princeps constitu-
it ne ab illis provocaretur, non da-
tur appellatio. l, 1. Sic in J. N. à Re-
gio Dicasterio non appellatur. 41.
Sing: b. p, 13, proc: jud. Sed revisio-
nis beneficium in causis gravioribus
petitur, p, 35, process: jud.

122. Si quis ante sententiam professus fuerit se à iudice non provocaturum, indubitate auxilium provocandi perdidit. *Not. Lex*
L. 1, p. 3.

123. Gradatim instituenda appellatio, semper à minori iudicio ad superius, non ad par vel minus. *Tit. 3.*
1, 1. *Quis à quo appelletur.*

124. Olim sententia lata tempus appellandi erat, duorum vel trium, hodiè 10. dierum. In nostris iudicijs intra octiduum à die latæ, sententiæ sibi cognitæ appellandum. *Tit. 4.*
Quando appellandum sit & intra quæ tempora.
Madst. B. 3. vel benef: revis: petendū.
c. 7, 63.

p. 35, process: jud: aliàs, nisi graviores urgeant rationes, sententia in rem judicatam transit, 38. *Ting: b. 4. Madst.*
p. 5, jud: ord.

125. Propriam causam ab aliene quemadmodum discernimus? palàm est eam esse propriam causam cuius emolumentum vel damnum ad aliquem suo nomine pertinet. *Not. Lex*
l. 10, p. 11.

126. Superior iudex legitimam acceptabit appellationem, p. 2. *Tit. 5.*
jud: ord: p. 20, proc: jud: aliàs in J. R. ex *De Appellationibus res recipiendis vel non.*
Nov. 128, c. 3, damnū litis cum multa præstare tenetur. *non c. 7, 65.*

127. Sed notandum promiscuè omnes appellationes non recipi, ut potè

potè si quis ex propriâ Confessione
in criminalibus sit condemnatus,
quæ punienda absq; mora, qualia
sunt incestus, cædes, cum vi vel insi-
dijs. Latrocinium, raptus, venefici-
um, &c. Conf: p. 17, jud: ord: si an-
tea sui juri renuntiavit. l. 1, §. 3, à qui-
bus appell: non lic.

Not. Lex 128, Si res dilationem non recipiat, non
permittitur appellare. l. 7.

Tit. 6. 129. Appellatione facta literas
De Libellis dimissorias (quas vocant Apostolos)
demissorias qui Aposto-
li dicuntur. judex à quo appellatur, ad judicè, ad
quem appellatum, dabit, quæ conti-
nèt quis, contra quem & in qua cau-
sa appellavit. quod apud nos etiam
in usu.

Tit. 7. 130, Pendente Appellatione ni-
hil innovandum, nec sententia prio-
ris judicis executioni mandanda.

Tit. 8. 131. Nonnunquã sententiæ absq;
Appellatione rescindi possunt, ut-
potè cum ipso jure, contra quod pro-
lata, nullæ sunt. vid: p. 20. §. 4, proc.
judic: quod variè contingit, si ab in-
competente judice vel delegato mo-
dum.

dum suæ potestatis excedente, latæ,
si ad impossibilia quis condemna-
tus. &c.

132. Contra constitutiones iudicatur, cum
de iure constitutionis, non de iure litigatoris pro-
nuntiatur. l. 1, p. 2. Impossibile est præceptum
iudicis nullius esse momenti. l. 2.

133. Potest & procurator causas
institutarum Appellationum coram
iudice ad quem appellatum, reddere,
nisi in capitalibus, ubi procurator nõ
ita admittitur. l. 1.

134. Quæ causa per alium agi nequit, eius
nec Appellationes, per alium posse expediri. l. 1,
in f, plane si pecuniaria causa est ex qua ignominia
sequitur: potest & per procuratorem hoc agi, ead.

135. Si aliquis, cui magistratus, tu-
tela aut curatio injuncta fuerit a sen-
tentia, qua ejus excusationes impro-
batæ, appellet & non causas justas ex-
cusandi se & appellandi probet, tunc
damnum mediij temporis sive per
moram appellationis Reip. allatum,
resarcire tenetur. l. 1.

136. Qui Appellationis causa pe-
regrinatur etiam quo ad alias causas
domi in provincia per alios conve-
niri & defendi potest. l. 1.

Not. leges

Tit. 9.
An per alios
causæ
appellatio-
num reddi
possunt.

Not. Lex

Tit. 10.
Si Tutor vel
curator vel
Magistratus
creatus ap-
pellaverit.

Tit. 11.
Eum qui ap-
pellaverit in
provincia
defendi.

137.

Tit. 12. 137. Non licet iudicem compellentem, à quo in una causa provocavit in alijs causis præterire, sub prætextu appellationis offensa, quia ipsi si inter iudicandum læsus, via appellationis vicissim patet. Id ipsum & apud nos servatur.

Tit. 13. Si pendente appellatione mors intervenit. *Regulæ.* 138. Appellante mortuo, ejus heredes non cogendi ad litem persequendam, nisi ipsis volupe, aut appellatorem vel Reip. interest: *Nemo enim invitus agere cogitur.* arg: cap. 17. *Quingm. b. & unusquisq. liti suæ renuntiare potest,* arg: c. 32, *Jord b. l.* Sed non ita evanescit appellatio, si ille contra quem appellatum est, occumbat.

Tit. 14. De Jure fisci. Olim fiscus & ærarium differrebant, quod ille erat principis, hoc populi. 139. Sequuntur judicia fiscalia, militaria & municipalia. Fiscus est publica Regis substantia seu publicum ærarium. *Stat. Romanar.* 140. Hic de jure fisci duo tractantur 1. Quomodo res aliena ei cedit & acquiritur, quod varijs contingit modis. vid: 23, *Erffo B. 9, Högm: b. l.* 2. De ejus privilegijs, quæ magna & varia.

141. Augustus constituit ne servi delatores dominorum audiantur, sed ut poena coercerentur. l. 2, p. 6. Justa pretia non ex praeterita emptione, sed praesenti affirmatione constituenda, l. 3. Id bonorum cuiusq; intelligitur esse, quod xri alieno superest, l. 11. Deferre non possunt mulieres propter sexus infirmitatem, l. 18.

Notabiliores leges

142. Jus militare respicit captivos militantes & veteranos. Quamvis captivi ab hostibus serui eorum fiunt, jure tamen postliminij fruuntur, quo si reversi, in patria fuisse semper finguntur.

Tit. 15.

De Captivis & de postliminio & de redemptis ab hostibus.

143. Postliminium est jus, quo ab hostibus capti (ubi servi vivunt) in pristinum statum restituuntur ac omnia pristina jura reversante captivitate concessa, recipiunt. vid: C. 18, Jord b. El. Eller hön fängen är. dicitur a post & limine, itaq; postliminio reversus, dicitur qui ab hoste ad idem imperij limen redit. Quo jure postliminij etiam fruuntur redempti pretio si antea liberi fuerunt, ab hostibus.

Vel est Jus amissae rei recuperandae ab extraneo & in pristinum statum restituendae.

144. Fruuntur & milites quibusdam privilegijs singularibus. Ob praesumptam juris, ejus scientiae non

Tit. 16.

De Re militari.

vacat

vacat ipsis operam dare, ignorantiam, cum militiae interfint, aliàs jure communi utuntur. vid: p. 14, in fin: jud: ord.

145. Militum etiam delicta *Alia* communia, quæ in alios non militantes cadunt, & judicijs criminalibus puniuntur. Ut furtum, homicidium. *Alia* propria disciplinam militarem spectantia, quæ extraordinariè coercentur. Ut militiam, stationem, deserere arma perdere, alienare, fugam in acie arripere. vid: cap. 16, 17, Kong: b. 11.

Vide
Briggs Ar
titl.

146. Contumacia omnis adversus ducem vel præsidem militis capite punienda. l. 6. Qui in acie prior fugam fecit spectantibus militibus propter exemplum capite puniendus est. ead.

Not.leges

Tit. 18.
De Castrèsi
peculio.

147. Filius familias miles in castrèsi peculio plenum habet dominium ac liberam disponendi & testandi potestatem, quasi Pater familias, licet aliàs patris potestati sit subiectus.

De Peculio
Vid: Dntp.
4, th: 2 & 3.

148. Castrense peculium est quod filius familias miles ratione militiae sibi acquisivit.

149 Veterani dicuntur, qui honestam dimissionem à militia impetrarunt, qui etiam privilegijs fruuntur, nam immunes sunt munerum præcipuè personalium, ad opera publica non cogendi, nec fustibus caedendi. L, 1, 2, 3.

150. *Transitus fit ad jus municipale, cujus duæ sunt partes 1.ª de Personis 2.ª de muneribus & honoribus.*

151. Municipales (quasi munerum civium participes) olim qui extrinsecus in Civitatem Rom. recepti, ut munerum cum populo Rom. participes essent, suo jure, suis legibus utentes. Calv. Pacius alijsq; ex Gellio. Nunc autem sunt cujuscunq; civitatis cives. L, 1, §, 1.

152. Municipem sive civem facit nativitas (sive origo) adoptio, manumissio & adjectio, id est, qui in civitate recipiuntur ac civitate donantur.

153. Incola dicitur qui domicilium tantum in municipio, unde non oriundus, (late qui in aliquem locum suum)

Tit. 18.
De Veteranorum privilegijs.

LIB, 50.

Tit. 1.
Ad municipale legem & de incolis
cod: 10, 389
39.

Unde alij originarii s. nativitate manumissione ad optivi vel voluntarii, qui in civitatem recipiuntur.

*suum domicilium contulit) habet, & rerum
Coloni vero qui in Colo-
niis deducebantur,* nerum ac honorum non particeps.
Unde à municipe differt, quia incolam
domicilium facit.

154. Incolatus jus est cujusq; arbitrio
quis se nudâ voluntate obligat & liberat, domicilio mutato.

Not. leges 155. Labeo indicat eum qui pluribus locis
ex æquo negotietur, nunquam domicilium habere
l. 5. Quod maior pars curiæ efficit pro eo habetur,
ac si omnes egerunt. l. 19.

Tit. 2. 156. Decuriones, idem ferè quam
De Decurionibus & filiis eorum. curiales, *Generaliter* fuerunt primarij
C, 10, lit. 31. sive capita cujuslibet ordinis, *Specialiter*

Exinde dicitur putantur quod initium Coloniæ deducebantur
decima pars eorum qui deducebantur
consilii publici gratia conscribentur.

157. Et præcipuè pecuniam publicam tractarunt, Remp. administrarunt,
annonam curarunt, tributa exegerunt,
singularibus gaudebant privilegijs, quæ etiam quodammodo
ad liberos transferebantur.

158. Nomina decurionum in albo qui erat matricula decurionum, scribebantur.

Tit. 3. De albo scribendo,

159. **Munus** hic propriè significat onus, quod necessario subeundum, lege more vel imperio ejus, qui jubendi potestatem habet. l. 2. 14. de V.S.

160. **Dividitur** 1: In *Publicum*, quod in administranda re aliqua publica sine eminenti titulo dignitatis consistit. Ut viarum munitio. &c. *Et Privatum* in administratione rei privatae consistens. Ut tutela, cura. 2. In *Patrimoniale* quod sumptibus patrimonij & detrimento gerentis administratur. Ut contributio, angaria, hospitij praebitio. *Personale* quod animi & corporis labore sine sumptu & gerentis damno, expeditur. Ut tutela, cura. *Et Mixtum* quod & corporali ministerio perpetratur & una gerentibus detrimentum infert. Ut tributorum exactio.

161. **Not.** Quidam dicunt ea munera esse personalia, quae personis imponuntur & in labore personae consistunt, quorum quaedam eminentia, quaedam media, quaedam ford-

Tit. 4.

De Muneribus & honoribus. C. 10. 40. 41.

Publicum duobus modis dicitur vel publica auctoritate impositum sic omne munus est publicum, vel quia in administratione Reip. occupatum.

Vide Vesemb. in parat.

sordida, ea verò *Realia* quæ imponuntur propter rem & possessorem comitantur.

Nihil inters 162. Honor municipalis est ad
est sive cum ministratio Reipub. cum dignitatis
sumptu vel gradu. Ut decurionatus, duumvi-
sine sumptu ratus, ædilitas, &c.
contingit.

Tit. 5. 163. Immunitas est vacatio mu-
De Vacatio neris à jure vel principe permissa.
ne & Excus Excusatio verò est causa immunitatis,
satione mu & munera deferuntur etiam in-
NERHIL. C. vitis nisi sint immunes. Excusatio a.
10. hic varias ob causas admittitur.

Tit. 6. 164. Non licet immunibus mu-
De Jure im nerum detrectare magistratus, offi-
munitatis. cium, quia illud non munus sed ho-
nor est. *Not.* Personales immuni-
tates non ad heredes transmitti, nisi
speciali indultu.

Tit. 7. 165. Legati qui publicè ad Reip.
De Legatio procuranda negotia mittuntur, va-
nibus, C. catione à muneribus sive publicis
10. 63. oneribus gaudent. Etiam per biennium exacto legationis tempore.

Tit. 8. 166. Varia sunt administratorum
De Admini. genes

genera. Ut curatores Reip. annouæ. &c.

167. Fortuitos casus nullum humanum consilium prævidere potest. L. 2. p. 7.

168. Solent & administratores, quales decuriones decreta in usum Reip. & civitatis proponere.

169. Decreta non obligant ignorantes, uti leges, ad pœnam, sed tantùm scientes, Ex l. fin.

170. Ædificia nova publica proprijs sumptibus, etiam inconsulto principe extrui curare quis potest, modo fiat in commodum Reip. quibus etiam suum nomen (*cum alijs ordinariè principis nomen*) rectè, si volupe, inscribitur. ff. h. t.

171. Nundinas (*quæ sunt conventus commercij causa*) instituere solius est principis. De nundinis agit 20. 22.

Adpm: B. St. &

172. Qui veniunt ad nundinas non possunt privati debiti, antea contracti, nomine conveniri. L. un. cod.

173. Pollicitatio Generaliter est spontaneum solius offerentis promissum. Sed hic quâ quis spontè Reip. causa opus aliquod promittit

Not. Lex

Tit. 9.

De Decretis ab ordine faciendis c. 10. 46.

Not. Lex

Tit. 10.

De Operibus publicis.

Redemptores operum publicorum sunt qui opus suâ materia faciendum conducunt. l. 39. de rei vind.

Tit. 11.

De Nundinis.

Not. Lex

Tit. 12.

De Pollicitationibus.

se facturum, vel munus oblaturum,
quæ pollicitatio efficax, si modo ex
iusta & certa aliqua causa Reip. pro-
miserit, puta ob honorem & benefi-
cia tibi oblata.

Tit. 13.
De Variis &
extraordina-
riis cogniti-
onibus & si
Judex litem
suan. fecisse
dicatur.

174. Prætor solet extraordinarie
de quibusdã casibus cognoscere atq;
judices, præcipue pedaneos, constitu-
ere, quæ si malè pronuntiauerint, lis-
tem suam, facere dicuntur. Si im-
prudenter, ex quasi delicto tenentur.
Inst: de obl: ex q: del: si dolo malo,
pœna est præstatio litis, cum infas-
mia. l. 15. de jud.

Tit. 14.
De Proxe-
neticis.

175. Extraordinariè de proxe-
neticis inquiritur, proxeneta est me-
diator cujus beneficio & interventi-
one inter duos contractus perficitur.
de quo J N. vid: C. 19, 20, 21, Jusf b. Et.
Wijn i. est, Diecflare. proxeneticum
autem est præmiu quod pro quas-
litate operæ proxenetis debetur. ut
potè ob interpretationem linguæ
non intellectæ. &c.

176. Proxeneta dolum & latam
cul

culpam præstabit. l. 2. Sic etiam
in J. N. certo modo tenentur cit: c.
19, 20, 21. *Inff* B. 11.

177. Censur sumitur hic pro tri-
buto fisco publico debito in reco-
gnitionem dominiij & tuitione Reip
c. 5, §. 4. Kong. b. 11. 19, & 20, eod. St.!

178. Et præstatur census vel rati-
one personarum & *Capitatio* dicitur,
quia secundum singula capita impo-
nitur, qui capitatio est hominum vel
animalium, vel ratione rerum. 10,
Kong: B. St. 1.

179. Post absolutionem juris per-
sonarum, rerum & omnium iudicio-
rum, in quorum tractatione totum
juris corporis vastum volumen oc-
cupatum, Colophonis loco compo-
sitores pandectarum duos universa-
les jungunt titulos omnibus cæ-
teris totius juris titulis communes,
quorum primus *verborum significatio*
in qua res & obscura nomina, passim
in jure obvia, ne quis in eorum con-
grua interpretatione erret, expli-
cantur.

Tit. 15.
De Censur
bus.

Pacius autē
census civis
um & ipso-
rum bono-
rum publicæ
descriptio.

Tit. 16.
De Verbor
rum signifi-
catione.

Omnis in-
terpretatio
duos secum
habetit cos-
mites
quum & be-
num.

180. Significatio verborum peti-
tur ex communi usu loquendi, vel
proprietae sermonis vel intentione
proferentis.

181. Actionis verbo non continetur exces-
ptio. l. 8. Minus solvit, qui tardius solvit, nam
& tempore minus solvitur. l. 12. Sola ea publi-
ca sunt, quæ populi Rom. sunt. l. 15. Vix est ut
non videatur alienare, qui patitur usucapi. l. 28.
Urbana familia & rustica non loco, sed genere
distinguitur. l. 166. Lata culpa nimia neglig-
gentia est. i. e. Non intelligere quod omnes intels-
ligunt. l. 213. Magna negligentia culpa est, mas-
gna culpa dolus est. l. 221.

182. Alter est de regula juris, justū

Tit. 17. & iniusti scientiam laconicè & sum-
De Diversis matim contentibus.
regulis iuris

183. Regula itaq; est juris decisio,
multos casus breviter enarrans.
Quæ plerumq; obtinet, & regulæ ju-
ris sunt universalia axiomata, quibus
singularia jura suffulciuntur.

184. Notandum, regulam non jus
constituere, sed ex jure desumi. l. 1.

185. Fœminæ ab omnibus officijs
remotæ sunt. l. 2. Eius est non nolle,
qui potest velle. l. 3. Velle non cre-
ditur, qui obsequitur imperio patris
vel

Notabili-
ores leges

vel domini. l. 4. Jura sanguinis nullo jure civili dirimi possunt. l. 8. *Semper in obscuris, quod minimum est sequitur.* l. 9. *Secundum naturam est, commoda cujusq; rei sequi, quem sequantur incommoda.* l. 10. *Id quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest.* l. 11. In testamentis plenius voluntates testantium interpretantur. l. 12. In omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, praesenti die debetur. l. 14. Non debet, cui plus licet, quod minus est, non licere. l. 21. *Plus cautionis in re quam in persona.* l. 25. Qui ex liberalitate conveniuntur, in id quod facere possunt, condemnandi. l. 28. *Nuptias non concubitus, sed consensus facit.* l. 30. Quod attinet jus civile, servi pro nullis habentur, non tamen & jure naturali, quia quod ad jus naturale attinet, omnes homines aequales sunt. l. 32. In eo quod vel is qui petit, vel is, a quo petitur, lucri facturus est, durior causa est petitoris. l. 33. *Nihil tam naturale est quod eo genere quidve dissolvere, quo colligatum est, ideo verborum obligatio verbis tollitur.* l. 35. Culpa est immiscere se rei ad se non pertinenti. l. 36. Nemo qui condemnare potest, absolvere non potest. l. 37. No

debet auctori licere, quod reo non permittitur.
In re obscura melius est favere repetitioni, quam ad-
versario. i, est, favetur ei magis qui repetit,
quam qui de luero captando certat. l. 44. Pri-
vatorum conventio juri publico non dero-
gat. l. 45. Quodam quoque poenae nomine ex-
actum est, id eidem restituere, nemo cogitur.
l. 46. Consilij non fraudulentum nulla obliga-
tio est. l. 47. *Quidquid in calore iracundiae vel*
fit, vel dicitur, non prius ratum est, quam si perse-
verantia apparuit iudicium animi fuisse. l. 48.
Alterius circumventio alij non praebet actio-
nem. l. 49. Culpam caret qui scit, sed prohi-
bere non potest. l. 50. *Nemo plus juris ad alium*
transferre potest, quam ipse haberet. l. 54. *Nullus*
videtur dolo facere, qui suo jure utitur. l. 55. *Sem-*
per in dubijs benigniora preferenda sunt. l. 56. *Bona*
fides non patitur, ut bis idem exigatur. l.
57. Heredem ejusdem potestatis jurisque esse,
cujus fuit defunctus, constat. l. 59. Sed & si
quis ratum habuerit, quod gestum est, ob-
stringitur mandati actione. l. 60. *Domum su-*
am reficere inimicum licet, dum non officiat invito
alteri, in quo jus non habet. l. 61. Qui sine dolo
malo ad iudicium provocat, non videtur mor-
ram

ram facere. l. 63. Ea quæ rarò accidunt, non temerè in agendis negotijs computantur. l. 64. *Quotiens sermo duas sententias exprimit, copiosissimum excipitur, quæ rei gerenda optior est.* l. 67. Invito beneficium non datur. l. 69. Omnia quæcunq; causæ cognitionem desiderant, per libellum expediri non possunt. l. 71. *Nemo potest mutare consilium suum in alterius injuriam.* l. 75. *Generaliter cum de fraude disputatur, non quid habeat actor, sed quia per adversarium habere non potuerit, considerandum est.* l. 78. Fraudis interpretatio, non duntaxat ex eventu, sed consilio desideratur. l. 79. Non videntur rem amittere, quibus propria non fuit. 83. Quoties æquitas desiderij naturalis ratio, aut dubitatio juris moratur, iustis decretis res tenenda est. l. 85. *Non solet conditio deterior fieri eorum, qui litem contestati sunt, quam si non, sed plerumq; melior.* l. 87. Nemo in persequendo deteriorem causam, sed meliorem facit. l. 87. Nulla intelligitur mora ibi fieri, ubi nulla petitio est. l. 88. *In omnibus quidem, maxime tamen jure, æquitas spectanda sit.* l. 90. Non solent, quæ abundant vitare scripturas l. 94. In ambiguis orationibus maxime sen-

rentia spectanda est ejus, qui eas protulisset.
l. 96. Omnia quæ jure contrahuntur, contra-
rio jure pereunt. l. 100. Nemo de domo sua
extrahi debet. l. 103. *Libertas inestimabilis res
est.* l. 105. Cum servo nulla actio est. l. 107.
Fere in omnibus pœnalibus judiciis ætati & imprudentiæ succ-
urritur. l. 108. Mulieribus tunc succurrendum est, cum des-
cendantur, non ut facilius calumnientur. l. 110. In obscuris
inspici solet, quod verisimilius est, aut quod plerumq; fieri so-
let. l. 114. Nihil consensui tam contrarium est, quàm vis
atq; metus. l. 116. Qui non facit, quod facere debet, videtur
facere adversus eam. l. 121. Libertas omnibus rebus favoræ-
bilior est. l. 122. Favorabiliores Rei potius, quàm actores ha-
bentur. l. 125. Cum de lucro duorum quærat: melior est
causa possidentis. l. 126. In pari causa possessor patior ha-
beri debet. l. 128. Cum principalis causa non consistit, nec ea-
quidem, quæ sequuntur, locum habent. l. 129. Nunquam ac-
tiones, præsertim pœnales, de eadem re concurrentes, alia alia
am consumit. l. 130. Imperitia culpæ adnumeratur. l. 132.
Nemo ex suo delicto meliorem suam conditionem facere po-
test. l. 134. Bona fides tantumdem possidenti, præstat, quan-
tum veritas, quotiens lex impedimento non est. l. 136. Quod
contra rationem iuris receptum est, non producendum ad con-
sequentia. l. 141. Qui tacet non utiq; fatetur, sed tamen ve-
rum est, eum non negare. l. 142. Non omne quod licet ho-
nestum est. l. 144. Nemo videtur fraudare eos, qui sciunt &
consentiant. l. 145. Ex qua persona quis lucrum capit, eius
factum præstare debet. l. 149. In maleficio rati habitio man-
dato comparatur. l. 152. Factum cuiq; suum, non adversario
nocere debet. l. 155. In pœnalibus causis benignius interpre-
tandum est, ead. Semper qui dolo fecit quo minus haberet,
pro eo habendus est, ac si haberet. l. 157. Quæ propter ne-
cessitatē recepta sunt, non debent in argumentum trahi. l. 162.

Non videntur data, quæ eo tempore quo dantur, accipientis non fiunt. l. 167. Quod factum est, cum in obscuro sit, ex affectione cuiusq; capis interpretationem. l. 168. Unicuiq; sua mora nocet, & dolo facit, qui petit, quod redditurus est. l. 173. Infinita æstimatio est libertatis & necessitudinis. l. 176. Etsi nihil facile immutandum est ex solennibus: tamen ubi æquitas evidens poscit, subveniendum est. l. 183. Vani timoris iusta excusatio non. l. 185. Quæ rerum natura prohibentur, nulla lege confirmata sunt. l. 188. In re dubia benigniorem interpretationem sequi, non minus iustus est, quam tutius. l. 192. Non solum considerandum quod liceat, sed & quid honestum sit. l. 197. Non potest dolo carere, qui imperio magistratus non paruit. l. 199. Omnis definitio in iure civili periculosa est, parum est enim ut non subverti possit. l. 202. Quod quis ex culpa sua damnum sentit, non intelligitur damnum sentire. l. 203. Jure naturæ æquum est nemine cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletiores. l. 206. Res iudicata pro veritate habetur. l. 207. Servitutem ferè mortalitati comparamus. l. 209. Quæ ab initio inutilis fuit institutio, ex post facto convalescere non potest. l. 210.

COROLLARIA Ethica.

Veracitas est virtus Homil. quæ ea servatur medioeritas, ut nec plus dicam9 esse nec minus quàm revera est aut oportet.


II. Comitas est virtus in quotid. conversatione medioeritatem servans, ne quis iuste offendatur.

III. Urbanitas est virtus in lusu & ioco medioeritatē servans.

IV. Continentia est quæ in affectus rectæ rationi relucetantes, dominium obtinet.

V. Tolerantia, quæ res adversas honestatis gratia magno animo perferimus.

VI. Amicitia est mutua inter homines efficax benevolentia.



I N D E X

Præcipuarum Materialiarum in hoc
Exercitio contentarum.

Prior numerus Disputationem.

Alter Thesin notat.

A Bigeatus, Disp: 9. Th: 51. Abolitio, 9, 101.
Abolentia quotupl: 2, 46. Accessio quid &
quotupl: 8, 10. cum seq: item 4, 94. Accceptia-
latio, disp. 9, th. 21. Actio quid omnesq; ejus
species, qua non alibi hoc in exercitio defi-
niantur, 8, à th: 127. ad 147. Actio ad exhiben-
dum, 3, 49. de in rem verso, 4, 7. Estimato-
ria, 4, 53. præscriptis verbis, 4, 58. Frætoria in
factum, 4, 59. Quod jussu, 4, 10. quanti minoris,
4, 80. Redhibitoria, 4, 79. rerum amota-
rum, 5, 33. Accusatio, 9, 74. Adoptio, 1, 36.
Adulterium, 9, 81. Agnati, 7, 44. Alienatio
quid, 2, 49. item 5, 22. Annus continuus & u-
tilis, 2, 39. Appellatio, 9, 116. Apostoli, 9, 129.
Arbitri, 2, th: 51. Arbor consanguinitatis, 7, 51.
Affinitatis, 52. ead: Assessor, 1, 69.
Bonorum possessio, 2, 21. item 7, 2. Quare
introducitur, th: 3, ead: Calu-

CAlumniator; 2, 21. Capitis diminutio quid
& quotupl: 2, 43-44. Caurio ejusq; species
1, 90, & 91. Cedere diem quid, 6, 93. Cessio
bonorum, 8, 45. Citatio quotupl: 1, 80. Cloa-
ca, 8, 82. Codicilli, 6, 43. Collatio quid, 7, 13.
Collusio, 7, 118. Cognati qui, 7, 46. Collegiū,
9, 69. Compromissum, 2, 51. Computatio 2pl:
Canonica & Civilis, 7, 56. quæ regulæ in ut
traq; servantur, th: leq: Comodatium, 3, 99.
Comuni diviundo actio, 3, 47. Compensae-
tio, 4, 14. Concubinatus, 5, 45. Conditio, 6, 23.
Condictio, quid & quot, Dii: 3, â th: 69, ad 91.
Confessoria, actio, 3, 12. Conscripti, 1, 53. Cō-
stitutiones principū, 1, 25. Constitutoria sive
constituta pecuniæ actio, 3, 97. Constitutum
9, 10. Contractus ineuntur 4 modis, 4, 21. no-
minati qui, 52. innominati qui, 57. ejus acci-
dentia, 61. ead: quotuplex, 8, 119. cum leqv.
Crimen ambitus, 9, 98. Annonæ, 97. Con-
cussionis, 60. Læsæ Maj. 78. receptationis,
63. Disp: ead: nona.

DAmnum injuriâ datum, 3, 37. item 9, 46.
Decuriones, 9, 156. Defendere quid 2, 10.
Delegatio, 9, 16. Delictum quid, 8, 125. Priva-
vatum & publicum, 9, 30. Depositum, 4, 18.

Dila-

Dilatio quid & quot, 1, 100. Divortium, 5, 26.
Dolus, quid & quot, 2, 32, &c. Dominium
quid quotupl: 8, 1, cum seqv: Donatio quid,
quotupl: 7, 78, 79, 84. propter nuptias, 5, 16.
Dos, 5, 14. Duo Rei, 9, 6.

AQuitas, 1, 19. **A**edilitium edictum, 4, 78.
Editio, 1, 103. **E**mphyteusis, 2, 87. **E**m-
ptio venditio, 4, 27. **E**rror quotupl: 8, 27. **E**x-
ercitoria actio, 3, 106. **E**viccio, 4, 83. **E**xcusas-
tio a tutela, 5, 21. **E**xceptio, 8, 100. **E**xhare-
datio, 6, 7.

FAlsum, 9, 91. **F**amosus libellus, 9, 55. **F**ata-
lia, 8, 39. **F**amiliae Heriscundae, actio, 3, 46.
Feriae, 1, 99. **F**idejussio, 9, 10. **F**idejussoris tria
beneficia, 1, 92. & 9, 13. **F**idei commissum, 6, 47.
Fidei commissarius, 2, 75. **F**inium regundorum
actio, 3, 45. **F**oenus, 4, 97. **F**ructus quid, 4, 92, 93.
Fundus dotalis, 5, 21. **F**urtum, 9, 33.

GRadus quid, 7, 55.

Habitatio, 3, 17. **H**ereditas, 2, 65. **F**ideicom-
missaria, 2, 74. **H**eres, 6, 17. **H**eredis insti-
tutio, 6, 14. **H**omicidium, 9, 87. **H**ypotheca, 4, 64.

Indebitum, 3, 84. **I**gnorantia juris & facti,
4, 114. **I**munitas, 6, 163. **I**nogenus, 1, 30. **I**nfa-
mia, 2, 4. **I**mperium merum & mixtum, 1, 71.

Institutoria actio, 3. 111. Instrumentum in jure
 quid notat, 4. 106. Injuria, 9. 51. Interdicta, 8.
 55. Interrogatoria actio, 3. 50. Inventio, 8. 7.
 Instantiæ tres, 6. 118. Inscriptio, 9. 75. Judiciu
 um, 2. 55. Publicum, 9. 71. Judicis officium
 2pl: 2. 59. Juramentu in litē sive æstimatori
 um, 3. 76. Jurisdictio, 1. 70. Juris origo 2pl: 1.
 16. Ejus præcepta tria, 1. 6. Objecta, 1. 26. Juris
 prudentia, 1. 1. Justitia, 1. 3. Jus aureorum an
 nulorum, 7. 101. Accrescendi, 3. 6. Civile
 quod mixtum vel merum, 1. 15. Consuetudi
 narium, 1. 22. Deliberandi, 6. 27. Fisci, 9. 139.
 Gentium, 1. 12. Incolatus, 9. 154. Militare, 9.
 142. Municipale, 9. 150. Non decrescendi, 3. 6.
 Naturale, 1. 11. Patronatus, 7. 35. Primævum,
 1. 13. Privatum & publicum, 1. 7. 8. Retractus
 sive prælationis, 4. 38. Secundarium, 1. 14.
Legitima quid, 2. 63. Legitimatio, 1. 35. Le
 gatum, 6. à th: 46. ad 72. Legitimi hære
 des, 7. 44. Lenocinium, 9. 83. Lex quid, 1. 18.
 Lex Aquilia, 3. 37. Cornelia, 9. 87. Falcidia,
 6. 8. Pompeja, 9. 90. Julia Maj: 9. 78 Rhodia
 3. 108. Talionis, 1. 75. Libellus, 1. 81. Liberi
 qui, 1. 28. Liberalis causa, 7. 104. Linea quid
 quot, 7. 53. Literæ dimissoriae. Locatio con
 ductio, 4. 48.

Mandatum, 4. 22. Manumissio, 7. 87. Matrimonium, 5. 8. Menſor, 3. 58. Metus, 2. 29. Mora quid, 4. 95. Municipes, 9. 151. Munus, 9. 159. Mutuum, 3. 63.

Negatoria actio, 3. 12. Negotiorum gestor. 2. 16. & 19. Novatio, 9. 15. Noxalis actio, 1. 94. Item 3. 43. Nunciatio novi op. 7. 67. Nuptiæ, 5. 8.

Obligatio, 8. 115. Cum seqv: quot modis tollitur, 9. à th: 15, ad th: 20. Occupatio ejusq; species. 8. 4.

Pactum quid & quot, 1. 106. Additionis in diem, 4. 30. Legis commissoria, 4. 32. Retrovenditionis, 4. 33. Dotale, 5. 19. Parapherna, 5. 15. Pauperies, 3. 35. Patricius, 1. 53. Patria potestas, 34. &c. Peculatus, 9. 96. Pedarij, 1. 53. Peculium, 4. 2. Castrense, 9. 198. Permutatio, 4. 55. Pignoratitia actio, 3. 102. Pignus, 4. 62. Poena, 9. 106. cum seqv. Plagium. 9. 99. Possessio, 8. 15. Postliminium, 9. 143. postulare, 2. 1. Prætor, 1. 59. De Præfectis, vid: disp: 1. à th: 57. ad 63. Præscriptio, 8. 103. Prævaricatio, 9. 62. Precarium, 8. 87. Præjudicium, 8. 104. Præsumptio, 4. 103. Probatio, 101. Procurator 2. 8. Pro dote, 8. 35. Derelicto, 33.

Dona-

donato. 31. Emptore, 25. Hærede, 29. ead.
Publiciana, 2. 83. Plus petitur 4. mod: 8. 140.

Quæstio juris vel facti, 2. 57. Quæstio 9. 104.
Quasi delictum, 8. 126. Qui sui vel alieni
juris. 1. 33. Quorum bonorum, 8. 8.

Rapina, 9. 45. Regula Caton, 6. 78. Relatio,
9. 119. Repetundarum, 9. 63. Rei vindicatio,
2. 77. Remissio, 8. 85. Restitutio in inte-
grum, 2. 25. Res judicata, 8. 38. Res comūnes.
1. 44. Nullius, 40. Privata, 48. Publica, 45.
Religiosa, 41. Sacra, 40. Sancta, 42. Uni-
versitatis, 47. ead.

Salvianum interdictum, 8. 98. Senatus con-
sultum Macedonianum, 3. 115. Sillianum &
Claudian: 6. 40. Trebellianum & Pegas: 6. 91.
Tertullianum & Orphitian: 7. 56. Welleianū.
4. 12. Sententia, 8. 39. Separatio, 8. 50. Servus
qui, 1. 28. Servitus quid quot, 3. a th: 22. Spe-
cificatio, 8. 12. Societas, 4. 24. Stellionatus,
9. 67. Statuliberi, 7. 95. Stipulatio quid, 9.
2. & 22. Status hominum tria capita, 1: 27.
Sponsalia, 5. 1. Substitutio, 6. 20. Successio,
6. 1. Prætoria, 2. 71. Superficies, 8. 75. cum
seqv: Syndicus, 2. 14.

Testa.

Testamentum quid, 6. 2. Militare, 29. In-
justum, ruptum &c. 11. & 12. ead. Inoffi-
ciosum, 2. 61. Testamenti factio activa &
passiva, 6, 16. Testis, 4, 109. Tergiversator,
9. 100. Tribuni plebis. 1. 55. Traditio, 8. 8.
Transactio, 1. 111. Tributoria actio, 3. 113.
Tntela 5. 49. quot, 52, cum seqv. ead.

Undecognati, 7. 46. Legitimi, 7. 44. Vir
& Uxor, 7. 58. Veterani, 9. 149. Vindicta
quid, 7. 88. Verborum obligatio, 9. 1. Vi
bonorum rapt: 9. 45. Vis publica & privata,
9. 84. &c. Usucapio, 8. 19. Usurpatio, 8. 22.
Usura, 4. 87. Usus quid, 3. 15. Ususfructus
quid & quot, 3. 1. & 10.

*Ita, DEO Duce, intra biennium hocce meum
propositum absolvi. SANCTÆ TRIADI laus
& honor in omnia secula.*

Tuæ est humanitatis, Humane **LECTOR,**
Humaniter interpretari.

